



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera**

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opervm ...

**Agobardus <Lugdunensis>**

**Parisiis, 1666**

V. Iudicium aliud in eadem causa, latum anno DCCCLXXVII. Ex eodem  
Chartulario. Placitum de rebus Gundi & Iustonis in villa Fiola, Colle,  
Superone, Badulato, Perulo, & Fleccine.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14657**

portione ejus quam à viro suo Iustone in dote acceperat.  
 Quæ Gundis post velamine religionis in adulterio copulata, in placitum ante judices sacri Palatij legaliter devicta est.

## V.

Iudicium aliud in eadem causa, latum  
anno D C C C L X X V I I.

*Ex eodem Chartulario.*

*Placitum de rebus Gundis & Iustonis in villa  
 Fiola, Colle, Superone, Badularo,  
 Perulo, & Fleccine.*

**I**N Christi omnipotentis nomine. Notitia Iudicati. Dum resideremus nos Ildebrandus Auditor Vvidonis Comitis, & Ello Castaldo, Zangolfus Gastaldo de Fermo, per missum & demandatum Vvidonis Comitis in placito intra civitatem Theatinam, ad singulorum hominum causas ad audiendum, vel ad deliberandum. Residentes ibidem nobiscum de Francia Anseri & Guar-nato Castaldiis, Erisfredus, Astroaldo, & Vvido, Albertus, Ainfredus, Ildebrandus, Aderisius, Domi. Scabinus de Furcone, Adelpertus Castaldo, Maio, Vvarimpoto, Maiolfus, Vvalpertus, Rodepaldus, item alius Maio, Anno Scabinus de Teate, Opteramo & Ildeperto & Sindolfus & Vetroaldo Scabini de Pinne, Ersemari, & Cherisi, Corbinus, Asfredus, Siolfus, Rodelandus, Arderadus, item alius Corbinus, Aldoini, Madelpertus & Benedictus Notarij de Pinne, Gifelpertus & Leo Notarij de Teate, Protogari, Prando, Teodenandus, Rodeprandus, Teuspaldo, Arepal-dus, Benedictus, Arnoaldus, vel alij plures homines stantes. Ibique veniens Romanus vir venerabilis Abbas de monasterio sanctæ Trinitatis, quod situm in insula Piscaria, loco qui dicitur Casauris, unà cum Garifuso Notario Advocato de predicto monasterio. Et querellati sunt super Amelfrido & Vvaguingo & Petri

aliis quondam Iustonis Franci. Et dicebant quod Iusto genitor istorum germanorum confirmavit per scriptum dotalitiæ Gundis conjugi sua genitrici vestrae ipsam curtem de Monatiano, cum omnibus quæ ad se pertinent, & tertiam partem de omni re alia sua. Et ipsa genitrix vestra fuit velata, & commisit adulterium, per quod legibus res sua ad partem Domini Regis decaduta fuit. Et Iudicatum exinde habemus, per quod est confirmatum quomodo Advocatus Domini Regis ipsas res convicit de ipsa Gundi genitrice vestra & de vobis. Et Iudicatum exinde confirmatum habemus. Et ipse Dominus Imperator ipsum Iudicatum & ipsas res in ipso monasterio dedit per suum Præceptum. Et ecce ipsum Iudicatum & ipsum Præceptum hic præ manibus tenemus in vestri præsentia. Sic nos supradicti judices fecimus legere ipsum Iudicatum & ipsum Præceptum. Et inter cetera continebatur in ipsum Præceptum qualiter Dominus Ludovicus Imperator piissimus inter cetera confirmaverat per ipsum Præceptum pro anima sua ad proprietatem in ipso monasterio omnes ipsas res quæ fuerunt Gundis, sicut ipse Romanus Abbas cum suo Advocato dixerat, & manu sua propria in ipso Præcepto confirmaverat. Et in ipso Iudicato continebatur qualiter in præsentia Eribaldi Vicecomitis Palatij ipsius Augusti, & de aliis judicibus & bonis hominibus, convicerat Maio Advocatus Domini Imperatoris, Gundi genitrice de ipsis supradictis germanis, quæ fuit velata, & pro adulterio quod commiserat, omnes res ipsius Gundi cum ipsa curte de Monatiano, quam ipse Iusto ipsi Gundi in dotalicia derat, cum omnibus quæ sunt ad se pertinentes, & tertiam partem de omni alia re Iustonis, qui fuit vir ejus. Et quomodo ipsa Gundi cum filiis suis & cum Ildegario Advocato ipsius supradicti Petri, professi fuerant quomodo Gundi adulterium commisisset, & per judicium judicum omnes res ipsius Gundi Maio Advocatus Domini Imperatoris convicerat. Et erat ipsum Iudicatum scriptum per Notarium publicum, & ab ipso Eribaldo & à judicibus erat roboratum juxta legem. Modò volumus scire si isti germani volunt nobis aliquid contendere de ipsa curte de Monatiano, cum omnibus quæ ad se pertinent, vel de omni alia tertia parte de re quæ fuit Iustonis, qualiter ipse Iusto ad ipsam conjugem suam dedit,

E e ij

Et volumus ipsas res cum ipsis dividere, & habere exinde ipsam aliam tertiam partem de ipsa alia re Iustonis, qualiter ipsi Gundi pertinuit. At ubi respondebant ipsi supradicti germani, & dixerunt. Veritas est quia Iusto genitor noster habuit in conjugio Gundi genitricem nostram. Et donavit ei ipsam curtem de Monachiano in dotalicia cum omnibus quæ ad se pertinent. Et dedit ei tertiam partem de omni alia re sua quantam habebat vel in ante habiturus fuisse. Et veritas est quia ipsa genitrix nostra fuit velata, & postea commisit adulterium. Et veritas est quia Maio Advocatus Domni Imperatoris stetit nobiscum, & cum ipsa genitrice nostra, & cum ipso Ildegario zio nostro, qui erat Advocatus istius Petri. quomodo ipsa genitrix nostra adulterium commisisse, & ipsa & nos & Aldegarius zius noster manifestavimus quomodo ipsa genitrix nostra adulterium fecisse, & legibus omnes res ejus ad partem Domni Imperatoris decadere debuissent. Et omnia sic est veritas sicut in ipso Iudicato continetur. Sed nos ipsam curtem de Monachiano cum omnibus quæ ad se pertinent, & tertiam partem de omni alia re genitoris nostri, vobis nunquam contendimus: quia legibus per ipsum Præceptum & per ipsum Iudicatum in ipso sancto monasterio permanere debet. Exceptamus ipsam curtem & res nostras in Aprutio, quas nos Fulrado per cartulam confirmavimus, & ipse Folradus vobis in ipso monasterio per cartulam confirmavit. Et excepto ego Amelfredus omnem ipsam rem quæ fuit Machelmi sacerdis mei. unde ego dare non debeo. excepta ipsa re quæ fuit Machelmi sacerdis mei in Perolo, & in Badolato; quam ego in ipso monasterio per cartulam confirmavi, & in ipso monasterio permanere debet. Audientes nos supradicti judices ipsos supradictos Amelfredum, & Vvaningum, & Petrum omnia taliter dicere, & talem professionem facientes, paruit nobis recte, & judicavimus sequentes eorum professionem, & sequentes ipsum Iudicatum, & secundum ipsum Præceptum, per quod Dominus Imperator ipsas res in ipso monasterio confirmaverat, ut ipsam curtem de Monachiano, cum omnibus quæ ad se pertinent, & ipsam terram partem de omni quæ fuit supradicti Iustonis, qualiter ipsi Gundi pertinuit, haberet pars supradicti monasterij ad ejus proprietatem in securitate

## ACTORVM VETERVM. 165

à parte ipsorum supradictorum germanorum. Et renuntiavimus ipsis supradictis germanis ut sibi exinde quiescerent. Post hæc iterum ipse supradictus Romanus Abbas cum supradicto Garifuso Advocato suo dixerunt, quia volumus ipsas res dividere cum istis germanis Amelfredo, & Vvaningo, & Petro. Sed & ipsi supradicti germani dixerunt. Et nos ipsas res volumus dividere vobiscum. Et ipse Abbas cum ipso Advocato suo dixerunt. Si nobis datis ipsam tertiam partem de supradicta re quæ fuit genitoris vestri, ipsas res de villis de Fiola, & Colle, & Superone, Badulato, Perulo, & Fleccine, & curte de Leriano, & Ambrilie, & Ragiano, & de ipsa re quæ fuit de Machelmo socero istius Amelfredi modiorum centum in loco qui dicitur Fiola, & ubi dicitur Sanctula, cum casis, terris, vineis, campis, silvis, & cum ipsis modiis centum, quomodo superius scriptum est, nos ipsa recipimus pro ipsa tertia parte. In eo modo, ut menituremus ipsas res; & si nobis plus exinde evenire debet, nobis adimpleteatis in supradictis villis, dum usque ipsam tertiam partem adimpleteatis. Et si plus fuerit de ipsa re quam nos dicimus, nos vobis resalvamus de ipsa re, dum vos ipsas duas portiones habeatis. Sed & ipsi germani dixerunt. Et nos volumus dare in portionem pro ipsa tertia parte ipsas supradictas res, in eo modo sicut vos dixistis, ut per mensuratum adæquemus. Et à præsenti in præsentia de supradictis judicibus & bonis hominibus tradiderunt ipsi supradicti germani in portionem ad proprietatem ipsius monasterij ipsi Romano Abbatii & Garifuso Advocato ejus supradictas res in supradicta loca pro ipsa tertia parte de re supradicti Iusti quæ ipsi Gundí exinde pertinuerat. In eo modo, ut per mensuram ipsa adæquarent, qualiter superius scriptum est. Et ipse Romanus Abbas cum ipso Advocato suo tradiderunt ipsas alias res pro ipsis duabus portionibus de ipsa supradicta re quæ ipsis germanis exinde pertinuit de casis, terris, vineis, pomis, omnia ut ipsa adæquarent qualiter superius dixerunt. Et guadiaverunt inter se ut ambularent super ipsa re, & adæquarent ipsam per mensuram, sicut superius scriptum est. A parte Garifusi exivit Adepertus Notarius, filius Madelperti. Et à parte ipsorum germanorum exivit supradictus Notarius Adelpertus, & Guarnato.

Ec iii

Castaldo. Finito hoc , iterum querellatus est ipse Garifusus Advocatus ipsius monasterij super ipsis supradictis germanis , & dixit . Quia fuerunt homines qui fecerunt cartulas quondam Sisenando Franco de re sua in Casule & Superone , & per singula casalia . Et nos ipsas res de ipsis hominibus querimus ad proprietatem ipsius monasterij . Modò volumus scire , si isti germani nobis exinde contendunt . Sed & ipsi supradicti germani dixerunt . Certè verum est quod omnes res quæ fuerunt Sisenandi , quas ipsi homines ei per cartulam confirmaverunt , & quæ vos modò ad partem de ipso monasterio ad proprietatem queritis , pertinere debet . ipsa nunquam contendimus . in ipsis casalibus de Fiola , & ubi dicitur Sanctula . quia non habemus ullam pertinentiam , per quam vobis contendere debeamus , nec rationem . Tunc nos supradicti judices paruit nobis recte , & judicavimus ut ipse Romanus Abbas cum successoribus ejus haberet ipsas res de ipsis cartulatis Sisenandi , quod ille exinde tenet ad proprietatem de ipso monasterio in securitate de parte ipsorum germanorum . Et qualiter actum fuit , & hanc Notitiam Iudicati , quomodo fuit , de mandato de supradictis judicibus & bonis hominibus scripsi ego Adelfredus Notarius . Actum in Teate in anno imperij Domni Karoli secundo , & secundo anno Comitatus Vvidonis Comitis , de mense Augusto , per Indictionem x . feliciter . † Ego Ildeprando ibi fui . † Ego Erifrid ibi fui . † Ego Vvalpertus ibi fui . † Signum manus Ellonis Castaldij Missi , qui ibi fui .

---

*Errata sic corrigito in primo Tomo.*

PAG. 73. lincâ 15. cum 131. 21. sed 173. 16. Spiritus 190. 34. sumus 234. 17. nos 235. 2. sive angelicæ 237. 22. locis 262. 33. interposita 272. II. pervasionibus 274. 23. sit Ibid. 25. ex 293. 3. prudentibus.

